rió en guerra. (11). *Qui de statu suo incertus est factus, quod patre peregre mortuo ignorat se sui iuris esse, testamentum facere non potest.* El que tiene incerteza de su *status*, porque ignora si es *sui iuris* porque el padre ha muerto en el extranjero, no puede hacer testamento. (12). *Impubes, licet sui iuris sit, facere testamentum non potest, quoniam nondum plenum iudicium animi habet.* El impúber aunque sea *sui iuris*, no puede hacer testamento, ya que no tiene todavía pleno juicio del espíritu. (13). *Mutus surdus furiosus itemque prodigus, cui lege bonis interdictum est, testamentum facere non possunt: mutus, quoniam verba nuncupationis loqui non potest: surdus, quoniam verba familiae emptoris exaudire non potest: furiosus, quoniam mentem non habet, ut testari de ea re possit: prodigus, quoniam commercio illi interdictum est et ob id familiam Mancipare non potest.* El mudo, el sordo, el loco y también el prodigo, al que por ley le fue prohibida la administración de sus bienes, no pueden hacer testamento; el mudo porque no puede decir las palabras en la *nuncupatio*; el sordo ya que no puede escuchar las palabras del comprador del patrimonio; el loco ya que no tiene mente, de modo que flúeda hacer testamento de estas cosas; el prodigo ya que le fue prohibido el comercio y a causa de esto no puede mancipar el patrimonio. (14). *Latinus Iunianus, item is qui dediticiorum numero est, testamentum facere non potest: Latinus quidem, quoniam nominatim lege Iunia prohibitus est; is autem, qui dediticiorum numero est, quoniam nec quasi civis Romanus testari potest, cum sit peregrinus, nec quasi peregrinus, quoniam nullius certae civitatis civis est, ut secundum leges civitatis suae testetur.* El latino Juniano, así como el que está en el número de los dediticios, no puede hacer testamento; ciertamente el latino ya que le fue prohibido expresamente por la ley Junia; pero el que está en el número de los dediticios, ya que no puede ni realizar testamento como ciudadano romano siendo peregrino, ni como peregrino, ya que no es ciudadano de alguna ciudad cierta, de modo que según las leyes de su ciudad haga testamento. (15). *Feminae post duodecimum annum aetatis testamentum facere possunt tutore auctore, donec in tutela sunt.* Las mujeres después de los doce años de edad pueden hacer testamentos con base en la autoridad del tutor por todo el tiempo que están en tutela. (16). *Servus publicus populi Romani partis dimidia testamenti faciendi habet ius.* El esclavo público del pueblo romano tiene el derecho de hacer el testamento por la mitad.

⁸⁰ Sobre las mencionadas leyes ver: Riccardo Astolfi, "Note per una valutazione storica della *lex Iulia et Papia*", *SDHI*, v. 39 (1973), pp. 187 a 238.

⁸¹ Integrado por Huschke.

cer testamento también sin *coemptio*, con tal que no fueran menores de doce años, evidentemente de modo que las que no estuvieran libres de tutela, hicieran testamento con base en la autoridad del tutor.

113. *Videntur ergo melioris conditionis esse feminae quam masculi: nam masculus minor annorum XIV testamentum facere non potest, etiamsi tutore auctore testamentum facere velit, femina vero potest: ((facta enim)) XII annorum testamenti faciendi ius nanciscitur.*

Resulta por esto que las mujeres están en una condición mejor que la de los hombres; en efecto, el hombre menor de catorce años no puede hacer testamento, no obstante quiera con base en la autoridad del tutor hacer testamento, pero la mujer puede hacerlo ya que cumplidos los doce años obtiene el derecho de hacer testamento.

114. *Igitur si quaeramus, an valeat testamentum, in primis advertere debemus, an is qui id fecerit habuerit testamenti factionem; deinde si habuerit, requiremus, an secundum iuris civilis regulam testatus sit, exceptis militibus, quibus propter nimiam imperitiam, ut diximus, quomodo velint vel quomodo possint permittitur testamentum facere.*

Por lo tanto, si preguntamos, si valga el testamento, en primer lugar debemos considerar si quien lo haya hecho haya tenido la *testamenti factio*; después, si la haya tenido, investigaremos si según la regla del derecho civil haya hecho testamento, exceptuando a los militares, a los cuales, a causa de la demasiada impericia, como dijimos, se permite hacer testamento como quieran o como puedan.

115. *Non tamen, ut iure civili valeat testamentum, sufficit ea observatio quam supra exposuimus de familiae venditione et de testibus et de nuncupationibus.*

Sin embargo, para que el testamento valga por el derecho civil, no es suficiente esta observación, que expusimos arriba de la venta del patrimonio y de los testigos y de las *nuncupationes*.⁸²

116. *((Sed)) ante omnia requirendum est, an institutio heredis sollemni more facta sit; nam aliter facta institutione nihil proficit familiam testatoris ita venire testesque ita adhibere et ita nuncupare testamentum, ut supra diximus.*

⁸² Confrontar con Inst. 2.13.pr.

Pero ante todo se debe investigar, si la institución de heredero haya sido hecha con base en la costumbre solemne; en efecto, hecha de modo diverso la institución, de nada sirve vender así el patrimonio del testador y así predisponer los testigos y así pronunciar el testamento como arriba dijimos.

117. *Sollemnis autem institutio haec est: TITIVS HERES ESTO; sed et illa iam comprobata videtur: TITIVM HEREDEM ESSE IUBEQ; at illa non est comprobata: TITIVM HEREDEM ESSE VOLO; sed et illae a plerisque improbatae sunt: TITIVM HEREDEM INSTITVO, item HEREDEM FACIO.*

De otra parte, la institución solemne es ésta: TICIO SERÁ HEREDERO; pero se considera ya aprobada también aquélla: ORDENO QUE TICIO SEA HEREDERO; pero no es aprobada aquella: QUIERO QUE TICIO SEA HEREDERO; pero por la mayoría son desaprobadas también aquellas: TICIO INSTITUYÓ HEREDERO, del mismo modo; HAGO HEREDERO.

118. *Observandum praeterea est, ut si mulier quae in tutela est faciat testamentum, tutore auctore facere debeat: alioquin inutiliter iure civili testabitur.*

Debe ser observado enseguida, que si la mujer que está en tutela haga testamento, debe hacerlo con la autoridad del tutor; de otro modo, inútilmente será realizado el testamento con base en el derecho civil.⁸³

119. *Praetor tamen si septem signis testium signatum sit testamentum, scriptis heredibus secundum tabulas testamenti bonorum possessionem pollicetur: et si nemo sit, ad quem ab intestato iure legitimo pertineat hereditas, veluti frater eodem patre natus aut patruus aut fratris filius, ita poterunt scripti heredes retinere hereditatem. Nam idem iuris est et si alia ex causa testamentum non valeat, veluti quod familia non venierit aut nuncupationis verba testator locutus non sit.*

Sin embargo el pretor promete la *bonorum possessio* según las tablas del testamento a los herederos escritos, si el testamento haya sido imprimido con los siete sellos de los testigos; y si no exista nadie al que pertenezca la herencia *ab intestato* por el derecho legítimo,

como por ejemplo el hermano nacido del mismo padre, o bien el tío paterno, o bien el hijo del hermano, así podrán retener la herencia los herederos escritos; en efecto, el mismo derecho es también si con base en otra causa no valga el testamento, por ejemplo, porque el patrimonio no haya sido vendido o bien no haya dicho el testador las palabras de la *nuncupatio*.

120. *Sed videamus, an etiamsi frater aut patruus extent, potiores, scriptis heredibus habeantur. Rescripto enim imperatoris Antonini significatur eos, qui secundum tabulas testamenti non iure factas bonorum possessionem petierint, posse adversus eos, qui ab intestato vindicant hereditatem, defendere se per exceptionem doli mali.*

Pero veamos, si en el caso que existan el hermano o bien el tío paterno, sean considerados preferidos a los herederos escritos. Ya que en un rescripto del emperador Antonino es declarado que aquellos que hayan pedido la *bonorum possessio* según las tablas del testamento no hechas con base en el derecho, pueden contra aquellos que vindican la herencia *ab intestato*, defenderse por la excepción de dolo malo.

121. *Quod sane quidem ad masculorum testamenta pertinere certum est; item ad feminarum, quae ideo non utiliter testatae sunt, quod verbi gratia familiam non vendiderint aut nuncupationis verba locutae non sint; an autem et ad ea testamenta feminarum, quae sine tutoris auctoritate fecerint, haec constitutio pertineat, videbimus.*

Y en efecto es cierto que esto concierne a los testamentos de los hombres; lo mismo vale respecto a aquellos de las mujeres, que no hicieron un testamento útil con base en este motivo, porque por ejemplo, no hayan vendido el patrimonio, o bien no hayan pronunciado las palabras de la *nuncupatio*; veamos si esta constitución concierna también a aquellos testamentos de las mujeres, que los hayan hecho sin la autoridad del tutor.

122. *Loquimur autem de his scilicet feminis, quae non in legitima parentum aut patronorum tutela sunt, sed (de his) quae alterius generis tutores habent, qui etiam inviti coguntur auctores fieri: alioquin parentem et patronum sine auctoritate eius facto testamento non summo veri palam est.*

⁸³ Sobre el testamento realizado por una mujer ver: Jan Zablocki, "Appunti sul testamentum mulieris in età arcaica", *BIDR*, v. 94 a 95 (1991 a 1992), pp. 157 a 179; Carmen Tort-Martorell Llabres, "Le testament d'une femme: à propos de D.5.2.19", *RIDA*, v. 43 (1996), pp. 315 a 342.

Pero evidentemente hablamos de estas mujeres que no están en la tutela legítima de los padres o bien de los patronos, sino de las que tienen tutores de otro género, que también contra su voluntad son consuetudinarios a dar la *auctoritas*; de otro modo es claro que el padre o el patrono no son removidos por un testamento hecho sin su autoridad.⁸⁴

123. *Item qui filium in potestate habet, curare debet, ut eum vel heredem instituat vel nominatim exheredet: alioquin si eum silentio praeterierit, inutiliter testabitur: adeo quidem, ut nostri praeceptores existiment, etiamsi vivo patre filius defunctus sit, neminem heredem ex eo testamento existere posse, (quod) scilicet quia statim ab initio non constiterit institutio. Sed diversae scholae auctores, si quidem filius mortis patris tempore vivat, sane impedimento eum esse scriptis heredibus et illum ab intestato heredem fieri confitentur; si vero ante mortem patris interceptus sit, posse ex testamento hereditatem adiri putant, nullo iam filio impedimento; quia scilicet existimant ((non)) statim ab initio inutiliter fieri testamentum filio praeterito.*

Del mismo modo, el que tiene un hijo en potestad, debe hacer de modo que éste o bien lo instituya heredero o bien lo desherede nominativamente, si no, si lo haya omitido con el silencio, inútilmente hará testamento, a tal punto ciertamente que nuestros preceptores estimen que nadie puede ser heredero con base en aquel testamento, ciertamente porque desde el inicio no había subsistido la institución. Pero los autores de la escuela contraria admiten que, si ciertamente el hijo viva en el momento de la muerte del padre, ciertamente éste es de obstáculo a los herederos escritos, y aquél se convierte en heredero *ab intestato*, pero si haya muerto antes la muerte a la del padre, piensan que se puede adquirir la herencia con base en el testamento, no siendo el hijo ya un obstáculo, porque evidentemente estiman que el testamento no es hecho inútilmente desde el inicio aunque el hijo sea preterido.⁸⁵

⁸⁴ Al respecto: Alejandro Guzmán, "Sobre la responsabilidad del tutor *mulieris*, AHDE, v. 46 (1976), pp. 145 a 161.

⁸⁵ Confrontar con Inst. 2.13.pr; Ulpiano, *libro primo ad Sabinum* D.28.2.1: Veamos que significa ser desheredado nominalmente, si ha de expresarse el nombre, el nombre propio, y el sobrenombre o hasta uno de ellos, y es sabido que basta uno de ellos; *idem*, *libro sexto regularum* D.28.2.2: También se considera desheredado nominalmente un hijo de este modo: QUEDE DESHEREDADO MI HIJO; aunque no se haya expresado ni su nombre si fuera único,

124. *Ceteras vero liberorum personas si praeterierit testator, valet testamentum, ((sed)) praeteritae istae personae scriptis heredibus in partem adcrescunt, si sui heredes sint, in virilem, si extranei, in dimidiam. Id est si quis tres verbi gratia filios heredes instituerit et filiam praeterierit, filia adcrescendo pro quarta parte fit heres, et ea ratione id consequitur, quod ab intestato patre mortuo habitura esset; at si extraneos ille heredes instituerit et filiam praeterierit, filia adcrescendo ex dimidia parte fit heres. Quae de filia diximus, eadem et de nepote deque omnibus ((ceteris)) liberorum personis seu masculini seu feminini sexus dicta intellegemus.*

Pero si el testador haya preterido a todos los otros descendientes, vale el testamento, pero estas personas preteridas acrecen en parte a los herederos escritos, si sean *sui heredes* en una parte viril, si son extraños, en la mitad; esto es, si el que por ejemplo haya instituido a tres hijos herederos y haya preterido a la hija, la hija se hace heredera acreciendo por la cuarta parte, y con base en esta razón, consigue lo que tendría *ab intestato* muerto el padre; pero si aquel haya instituido herederos extraños y haya preterido a la hija, la hija acreciendo por la mitad se transforma en heredera. Lo que dijimos de la hija, entenderemos dicho respecto al nieto y a todos los descendientes, bien sean del sexo masculino o bien del femenino.⁸⁶

125. *Quid ergo est? licet eae secundum ea quae diximus scriptis heredibus dimidiam partem modo detrahant, tamen praetor eis contra tabulas bonorum possessionem promittit: qua ratione extranei heredes a tota hereditate repelluntur et efficiuntur sine re heredes.*

¿Qué es en consecuencia? Aunque estas personas según lo que dijimos sustraigan a los herederos escritos solamente la mitad, sin embargo, el pretor les promete la *bonorum possessio* contra las tablas del testamento; y por esta razón los herederos extraños son rechazados de toda la herencia y se convierten en herederos sin patrimonio.

porque si son muchos los hijos, preferentemente se responde por benigna interpretación que ninguno fue desheredado.

⁸⁶ Al respecto ver: Luigi di Lella, *Querela inofficiosi testamenti. Contributo allo studio della successione necessaria* (Napoli, Jovene, 1972), pp. 1 a 279; recensiones de Pasquale Voci en *IURA*, (1972), v. 23, pp. 278 a 281; Marrone en *Labeo*, (1973), v. 19, pp. 358 a 365.

126. *Et hoc iure utebatur, quasi nihil inter feminas et masculos interesset; sed nuper imperator Antoninus significavit rescripto suo non plus nancisci feminas per bonorum possessionem, quam quod iure adcrendi consequerentur. Quod in emancipatarum quoque persona observandum est, ut hae quoque, quod adcrendi iure habiturae essent, si in potestate fuissent, id ipsum etiam per bonorum possessionem habeant.*

Y utilizábamos este derecho, como si no hubiera ninguna diferencia entre mujeres y hombres; pero recientemente el emperador Antonino declaró en un rescripto suyo que las mujeres obtienen por *bonorum possessio*, no más que lo que obtendrían por el *ius adcrendi*; lo que se debe observar también respecto a las emancipadas, que también éstas, lo que por el *ius adcrendi* tendrían, si estuvieran en potestad, lo mismo tendrían también por *bonorum possessio*.

127. *Sed si quidem filius a patre exheredetur, nominatim exheredari debet: alioquin non potest exheredari. Nominatim autem exheredari videtur, sive ita exheredetur: TITUS FILIUS MEUS exheres esto, sive ita: filius meus EXHERES ESTO, non adiecto proprio nomine.*

Pero si ciertamente el hijo sea desheredado por el padre, debe nominativamente ser desheredado; si no, no puede ser desheredado; pero nominativamente resulta ser desheredado, sea que del siguiente modo sea desheredado: TICIO, HIJO MÍO, sea desheredado, o bien, de este modo: el hijo mío SERÁ DESHEREDADO, no añadiendo el propio nombre.⁸⁸

128. *Ceterae vero liberorum personae vel feminini sexus vel masculini satis inter ceteros exheredantur, id est his verbis: ceteri OMNES EXHEREDES SUNTO, quae verba statim post institutionem heredum adici solent.*

Pero todos los otros descendientes, bien sean del sexo femenino o bien del masculino son desheredados suficientemente en forma colectiva; esto es, con estas palabras: TODOS LOS OTROS SERÁN DESHEREDADOS, y estas palabras suelen agregarse inmediatamente después de la institución de los herederos.

⁸⁷ Integrado por Krueger.

⁸⁸ Confrontar con Inst. 2.13.1.

129. *Sed hoc ita est iure civili. Nam praetor omnes virilis sexus liberorum personas, id est nepotes quoque et pronepotes, ((nominatim exheredari iubet, femini vero inter ceteros: qui nisi fuerint ita exheredati, promittit eis contra tabulas bonorum possessionem⁸⁹)).*

Pero esto es así con base en el derecho civil; ciertamente el pretor a todos los descendientes del sexo masculino, esto es, también los nietos y bisnietos, ordena que nominativamente sean desheredados, pero los descendientes del sexo femenino colectivamente; y a aquellos si no hayan sido desheredados en este modo, les promete la *bonorum possessio* contra las tablas del testamento.

130. *Postumi quoque liberi (nominatim) vel heredes institui debent vel exheredari.*

También los descendientes póstumos nominativamente deben ser instituidos herederos o bien ser desheredados.⁹⁰

131. *Et in eo par omnium condicio est, quod et in filio (postumo et in quolibet ex ceteris) liberis sive (femini sexus sive) masculini praeterito valet (quidem testamentum, sed postea agnatione postumi) sive postumae rumpitur, et ea ratione totum infirmatur. Ideoque si mulier, ex qua (postumus aut postuma sperabatur, abortum fecerit, nihil impedimento est scriptis heredibus ad hereditatem adeundam⁹¹).*

Y en esto es igual la condición de todos, porque también en el hijo póstumo preterido y en todos los otros descendientes bien sean del sexo femenino o bien masculino preteridos ciertamente vale el testamento, pero es anulado después por la agnación del póstumo o de la póstuma, y con base en esta razón es anulado enteramente. Y por este motivo, si la mujer, por la que era esperado un póstumo o bien una póstuma, haya hecho un aborto, no es de ningún impedimento a los herederos escritos para aceptar la herencia.⁹²

132. *(Sed feminini) quidem sexus personae (vel nominatim vel) inter ceteros exheredari solent, dum tamen, si inter ceteros (exheredentur, aliquid eis legetur, ne videantur per oblivionem) praeteritae (esse.*

⁸⁹ Integrado por Lachmann.

⁹⁰ Al respecto Marcella Balestri Fumagalli, "Spes Vitae", *SDHI*, v. 49 (1983), pp. 337 a 358.

⁹¹ Integrado con base en Inst. 2.13.1.

⁹² Confrontar con Inst. 2.13.1.

*Masculini vero sexus liberorum) personas placuit non aliter (recte exheredari, quam si nominatim exheredentur, hoc scilicet modo: quicumque mihi filius genitus fuerit EXHERES ESTO*⁹³ ...*(10 fere versus desiderantur)...*⁹⁴

Pero ciertamente las personas del sexo femenino suelen ser desheredadas o bien nominativamente o bien colectivamente, con tal que, si sean desheredadas colectivamente, algo les sea dejado en legado, para que no resulten ser preteridas por olvido. Pero fue decidido que los hijos del sexo masculino no sean desheredados correctamente de otro modo que si sean desheredados nominativamente, ciertamente de este modo: cualquier hijo me haya sido generado SERÁ DESHEREDADO.

133. *Postumorum autem loco sunt et hi, qui in sui heredis locum succedendo quasi agnascendo fiunt parentibus sui heredes. Ut ecce si filium et ex eo nepotem neptemve in potestate habeam, quia filius gradu praecedit, is solus iura sui heredis habet, quamvis nepos quoque et neptis ex eo in eadem potestate sint; sed si filius meus me vivo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de potestate mea, incipit nepos neptisve in eius locum succedere, et eo modo iura suorum heredum quasi agnatione nanciscuntur.*

Pero en el lugar de póstumos están también los que sucediendo en el lugar de un *suus heres* se hacen *sui heredes* de los ascendientes como por agnación. Como por ejemplo, si tenga en potestad un hijo y un nieto o bien una nieta nacidos de él, porque el hijo precede en grado, éste sólo tiene los derechos de *suus heres*, si bien también el nieto y la nieta nacidos de él estén en la misma potestad; pero si mi hijo muere conmigo vivo, o bien por cualquier otra razón salga de mi potestad, comienza el nieto o bien la nieta a suceder en el lugar de éste, y de tal modo consiguen los derechos de *sui heredes* como por agnación.⁹⁵

⁹³ Integrado con base en Inst. 2.13.1.

⁹⁴ El sentido del texto puede completarse con Gai Epit. 2.3.2: ...*quia, sicut superius iam dictum est, legitime concepti pro natis habentur, nisi quod melior est condicio posthumae quam natae, quia nata, si praetermissa fuerit, non rumpit testamentum, posthuma vero, sicut masculus, testamentum rumpit*... porque como ya fue dicho más arriba, los concebidos legítimamente son considerados como nacidos, a menos que la condición de la póstuma es mejor que la de la nacida, porque la nacida, si haya sido preterida, no rompe el testamento, mientras que la póstuma, así como los varones, rompe el testamento.

⁹⁵ Mismo contenido en Inst. 2.13.2.

134. *Ne ergo eo modo rumpatur mihi testamentum, <sicut ipsum filium vel heredem> instituere vel exheredare debeo, ne non <iure faciam testamentum, ita et> nepotem neptemve ex eo necesse est mihi <vel heredem instituere vel exheredare, ne forte, me vivo filio mortuo, succedendo in locum eius nepos neptisve> quasi agnatione rumpat testamentum: idque lege Iunia Vellaea provisum est, in qua simul exheredationis modus notatur, ut virilis sexus nominatim, feminini vel nominatim vel inter ceteros exheredentur, dum tamen iis qui inter ceteros exheredantur aliquid legetur.*⁹⁶

Para que por lo tanto de tal modo no se me rompa el testamento, como el mismo hijo debo instituirlo heredero o bien desheredarlo, para que no haga un testamento no con base en el derecho, así me es necesario que también el nieto o bien la nieta nacidos de él o bien los instituya heredero o bien los desherede, para que en caso que al morir el hijo viviendo yo, sucediendo en el lugar de éste el nieto o bien la nieta no se rompa el testamento como por agnación; y esto fue previsto por la ley Iunia Vellaea, en que es mencionado al mismo tiempo el modo de la desheredación, que sean desheredados nominativamente los del sexo masculino, los del femenino, o bien nominativamente o bien colectivamente con tal que a los que sean desheredados colectivamente sea legada alguna cosa.⁹⁷

135. *Emancipatos liberos iure civili neque heredes instituere neque exheredare necesse est, quia non sunt sui heredes: sed praetor omnes tam feminini quam masculini sexus, si heredes non instituantur, exheredari iubet, virilis sexus nominatim, feminini vel nominatim vel inter ceteros: quod si neque heredes instituti fuerint neque ita ut supra diximus exheredati, praetor promittit eis contra tabulas bonorum possessionem.*

No es necesario por el derecho civil que los descendientes emancipados sean instituidos herederos o sean desheredados, porque no son *sui heredes*; pero el pretor ordena que todos tanto del sexo femenino como masculino, si no sean instituidos herederos, sean deshe-

⁹⁶ Las partes que no se leen de los núms. 133 y 134 han sido integradas con base en D.28.3.13 del mismo jurista, ver también Inst. 2.13.2.

⁹⁷ Confrontar con Inst. 2.13.2; Estévol, *libro sexto quaestionum* D.28.2.29.11: Veamos ahora respecto a la ley Velleja, tal quiso que los que nacieron viviendo nosotros no rompieran tampoco el testamento.

redados, los del sexo masculino nominativamente, los del femenino o bien nominativamente o bien colectivamente; que si no hayan sido instituidos herederos ni como dijimos arriba, desheredados, el pretor promete a éstos la *bonorum possessio* contra las tablas del testamento.⁹⁸

135 a. *In potestate patris non sunt, qui cum eo civitate Romana donati sunt, nec in accipienda civitate Romana pater <petiit statim a principe>⁹⁹, > ut eos in potestate haberet, aut, si petiit, non impetravit: nam qui in potestatem patris ab imperatore rediguntur, nihil differunt <ab his, qui ita nati sunt>¹⁰⁰.*

No están en potestad del ascendiente a los que con éste fue donada la ciudadanía romana, ni el ascendiente que al recibir la ciudadanía romana no pidió inmediatamente al príncipe de tenerlos en potestad, o bien si pidiéndolo no lo consiguió; en efecto, aquellos que son sometidos en potestad del ascendiente por el emperador, en nada se diferencian de los que así nacieron.

136. *Adoptivi filii quamdiu manent in adoptione naturalium loco sunt: emancipati vero a patre adoptivo neque iure civili neque quod ad edictum praetoris pertinet inter liberos numerantur.*

Por todo el tiempo que permanecen los descendientes adoptivos en adopción están en el lugar de los naturales; pero los emancipados por el ascendiente adoptivo no son calculados entre los descendientes ni con base en el derecho civil ni en lo que respecta al edicto del pretor.¹⁰¹

137. *Qua ratione accidit, ut ex diverso, quod ad naturalem parentem pertinet, quamdiu quidem sint in adoptiva familia, extraneorum numero habeantur; si vero emancipati fuerint ab adoptivo patre, tunc incipiant in ea causa esse, qua futuri essent, si ab ipso naturali patre <emancipati> fuissent.*

Con base en esta razón sucede por el contrario, que, en lo que concierne al padre natural ciertamente por todo el tiempo que estén en la familia adoptiva, sean considerados en el número de los extra-

⁹⁸ Mismo contenido en Inst. 2.13.3.

⁹⁹ Integrado por Polenaar.

¹⁰⁰ Integrado por Kuebler.

¹⁰¹ Confrontar con Inst. 2.13.4.

ños; pero si hayan sido emancipados por el ascendiente adoptivo, entonces comienzan a estar en aquella situación en la que estuvieran, si por el mismo padre natural hubieran sido emancipados.¹⁰²

138. *Si quis post factum testamentum adoptaverit sibi filium aut per populum eum qui sui iuris est, aut per praetorem eum qui in potestate parentis fuerit, omni modo testamentum eius rumpitur quasi agnatione sui heredis.*

Si alguien después de haber hecho el testamento haya adoptado para él un hijo o bien por medio del pueblo el que es *sui iuris*, o bien por medio del pretor, el que haya sido en potestad del ascendiente, en todos los casos su testamento se rompe como por agnación de un *suus heres*.

139. *Idem iuris est, si cui post factum testamentum uxor in manum conveniat, vel quae in manu fuit nubat; nam eo modo filiae loco esse incipit et quasi sua.*

El mismo derecho es si a alguien después de haber hecho el testamento obtenga *in manum* una esposa, o bien se espone la que fue *in manu*; en efecto, en tal modo comienza a estar en lugar de una hija y como si fuera una *heres sua*.

140. *Nec prodest, sive haec sive ille qui adoptatus est in eo testamento sit institutus institutave; nam de exheredatione eius supervacuum videtur quaerere, cum testamenti faciendi tempore suorum heredum numero non fuerit.*

¹⁰² Confrontar con Inst. 2.13.4; en Inst. 2.13.5 Justiniano menciona que estas normas habían sido establecidas por los antiguos, pero una constitución (en C.6.28.4) había estimado que no debe haber diferencias en esta materia entre los dos sexos, ya que cada uno cumple su papel en la procreación de los hijos y que además, con arreglo a la antigua ley de las XII Tablas eran llamados a la sucesión *ab intestato* sin distinción alguna (lo que ha sido después confirmado por el derecho pretorio), introdujo unas normas sencillas y uniformes para los hijos y las hijas y para los demás descendientes por línea masculina, nacidos o póstumos, con arreglo a las cuales todos ellos, estén o no bajo la patria potestad, deben ser desheredados nominalmente; produciendo el mismo efecto en orden a la invalidación del testamento de los ascendientes y la pérdida de la herencia de los herederos instituidos, la preterición de los hijos emancipados y de los que no lo son, la de los nacidos y la de los meramente concebidos. En cuanto a los hijos adoptivos hemos hecho una cierta distinción que aparece en la constitución que otorgamos al respecto (C.8.47.10).

Y no es útil que bien sea aquella, bien sea aquel que fue adoptado haya sido instituido o bien instituida en aquel testamento; en efecto, de su desheredación resulta inútil indagar, porque en el tiempo de hacer el testamento no había sido en el número de los *sui heredes*.

141. *Filius quoque, qui ex prima secundave mancipatione manumittitur, quia revertitur in potestatem patriam, rumpit ante factum testamentum; nec prodest, si in eo testamento heres institutus vel exheredatus fuerit.*

También el hijo, que con base en la primera o bien segunda *mancipatio* es manumitido, porque regresa en la potestad del padre, rompe el testamento hecho antes; y no es útil, si en aquel testamento haya sido instituido heredero o bien desheredado.

142. *Simile ius olim fuit in eius persona, cuius nomine ex senatusconsulto erroris causa probatur, quia forte ex peregrina vel Latina, quae per errorem quasi civis Romana uxor ducta esset, natus esset; nam sive heres institutus esset a parente sive exheredatus, sive vivo patre causa probata sive post mortem eius, omni modo quasi agnatione rumpebat testamentum.*

En un tiempo existió un similar derecho en la persona de aquel en cuyo nombre con base en un senadoconsulto se prueba la causa del error, porque había nacido de una peregrina o bien latina que por error hubiera sido conducida como esposa como si fuera ciudadana romana; en efecto, o bien él hubiera sido instituido heredero por el padre o bien desheredado, o bien la causa hubiera sido probada, vivo el padre o bien después de su muerte, en todos modos rompía el testamento como por agnación.

143. *Nunc vero ex novo senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano factum est, si quidem vivo patre causa probatur, aequè ut olim omni modo rumpit testamentum; si vero post mortem patris, praeteritus quidem rumpit testamentum, si vero heres in eo scriptus est vel exheredatus, non rumpit testamentum; ne scilicet diligenter facta testamenta rescinderentur eo tempore, quo renovari non possent.*

Pero actualmente con base en un nuevo senadoconsulto que fue hecho bajo la autoridad del divino Adriano, si ciertamente vivo el padre es probada la causa, igualmente, como en un tiempo, rompe de

todos modos el testamento; pero si después de la muerte del padre, ciertamente el preterido rompe el testamento, pero si en éste fue nombrado heredero o bien desheredado, no rompe el testamento, para que evidentemente los testamentos hechos con diligencia no fuesen rescindidos en aquel tiempo en que no pudieran renovarse.

144. *Posteriore quoque testamento, quod iure factum est, superius rumpitur. Nec interest, an extiterit aliquis ex eo heres, an non extiterit: hoc enim solum spectatur, an existere potuerit. Ideoque si quis ex posteriore testamento quod iure factum est aut noluerit heres esse, aut vivo testatore aut post mortem eius, antequam hereditatem adiret, decesserit, aut per cretionem exclusus fuerit, aut condicione sub qua heres institutus est defectus sit, aut propter caelibatum ex lege Iulia summotus fuerit ab hereditate: quibus casibus pater familias intestatus moritur, nam et prius testamentum non valet ruptum a posteriore, et posterius aequè nullas vires habet, cum ex eo nemo heres extiterit.*

También por el testamento posterior que fue hecho con base en el derecho, se rompe el precedente. No interesa si con base en él alguien haya existido como heredero, o no haya existido; ya que solamente esto se considera, si haya podido existir. Y por este motivo si alguien por el testamento posterior que fue hecho con base en el derecho o bien no haya querido ser heredero, o bien haya muerto con el testador vivo o bien después de su muerte, antes que aceptara la herencia o bien haya sido excluido por la *cretio*, o bien haya faltado de la condición bajo la que fue instituido heredero, o bien a causa del celibato haya sido rechazado de la herencia por la ley Julia; en estos casos el *pater familias* muere intestado, en efecto, el primer testamento no vale roto por el posterior, igualmente el posterior no tiene ninguna fuerza, porque con base en esto nadie haya existido como heredero.¹⁰³

145. *Alio quoque modo testamenta iure facta infirmantur, veluti ((cum)) is qui fecerit testamentum capite deminutus sit: quod quibus modis accadat, primo commentario relatum est.*

También por otro modo los testamentos hechos con base en el derecho son anulados, por ejemplo, cuando el que haya hecho el testa-

¹⁰³ Mismo contenido en Inst. 2.17.2.

mento haya sufrido la *capitis deminutio*; y en cuales modos esto sucede fue referido en el comentario primero.¹⁰⁴

146. *Hoc autem casu irrita fieri testamenta dicemus, cum alioquin et quae rumpuntur irrita fiant, ((et quae statim ab initio non iure fiunt irrita sint; sed et ea, quae iure facta sunt et postea propter capitis deminutionem irrita fiunt¹⁰⁵)), possunt nihilo minus rupta dici. Sed quia sane commodius erat singulas causas singulis appellationibus distinguere, ideo quaedam non iure fieri dicuntur, quaedam iure facta rumpi vel irrita fieri.*

Pero diremos que por este caso se hacen los testamentos “inritos” porque diferentemente se transforman en “inritos” también los que se rompen y los que inmediatamente desde el inicio no se hacen con base en el derecho son “inritos”, pero también los que fueron hechos con base en el derecho y posteriormente por motivo de la *capitis deminutio* se hacen “inritos”, pueden nada menos ser llamados rotos. Pero porque ciertamente era más cómodo distinguir las causas singulares con los nombres singulares, por este motivo unos se dicen que no son hechos con base en el derecho, otros que hechos con base en el derecho son rotos o bien que se hacen “inritos”.¹⁰⁶

147. *Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta, quae vel ab initio non iure facta sunt vel iure facta postea irrita facta aut rupta sunt. Nam si septem testium signis signata sint testamenta, potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere, si modo defunctus testator et civis Romanus et suae potestatis mortis tempore fuerit. Nam si ideo irritum factum sit testamentum, quod puta civitatem vel etiam libertatem testator amisit, aut is in adoptionem se dedit et mortis tempore in adoptivi patris potestate fuit, non potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere.*

Sin embargo, no para todo son inútiles aquellos testamentos, que o bien desde el inicio no son hechos con base en el derecho o bien que hechos con base en el derecho posteriormente son hechos “inritos” o bien rotos; en efecto, si con los siete sellos de los testigos los testa-

¹⁰⁴ Mismo contenido en Inst. 2.17.4.

¹⁰⁵ Integrado con base en Inst. 2.17.5.

¹⁰⁶ Mismo contenido en Inst. 2.17.5.

mentos hayan sido marcados, puede el heredero escrito pedir la *bonorum possessio* según las tablas del testamento, con tal que el testador muerto bien sea haya sido ciudadano romano, bien sea en el tiempo de la muerte haya estado en su potestad; en efecto, si por este motivo haya sido hecho el testamento “inrito”, porque por ejemplo el testador perdió la ciudadanía o bien también la libertad, o si se dio en adopción y en el tiempo de la muerte estuvo en la potestad del padre adoptivo, no puede el heredero escrito pedir la *bonorum possessio* según las tablas del testamento.¹⁰⁷

148. *((Qui autem¹⁰⁸)) secundum tabulas testamenti, quae statim ab initio non iure factae sunt, aut iure factae postea ruptae vel irritae erunt, bonorum possessionem accipiunt, si modo possunt hereditatem optinere, habebunt bonorum possessionem cum re; si vero ab iis avocari hereditas potest, habebunt bonorum possessionem sine re.*

Pero aquellos que reciben la *bonorum possessio* según las tablas del testamento que inmediatamente desde el inicio no fueron hechas con base en el derecho, o bien hechas con base en el derecho posteriormente habrán sido rotas o bien “inritas”, si pueden obtener la herencia tendrán la *bonorum possessio cum re*; pero si a estos puede ser quitada la herencia, tendrán la *bonorum possessio sine re*.¹⁰⁹

149. *Nam si quis heres iure civili institutus sit vel ex primo vel ex posteriore testamento, vel ab intestato iure legitimo heres sit, is potest ab iis hereditatem avocare; si vero nemo sit alius iure civili heres, ipsi retinere hereditatem possunt, nec ullum ius adversus eos habent cognati, qui legitimo iure deficiuntur.*

Ciertamente si alguien haya sido instituido heredero con base en el derecho civil o bien con base en el primero o bien con base en el testamento posterior, o bien sea heredero *ab intestato* con base en el derecho legítimo, éste puede quitar la herencia a aquellos; pero si ningún otro sea heredero con base en el derecho civil, los mismos pueden retener la herencia, y ningún derecho tienen contra aquellos los cognados que carecen del derecho legítimo.

¹⁰⁷ Mismo contenido en Inst. 2.17.6.

¹⁰⁸ Integrado por Boecking.

¹⁰⁹ Al respecto ver: Pasquale Voci, “Testamento pretorio”, *Labeo*, v. 13 (1967), pp. 319 a 348.

149a. Aliquando <tamen, sicut> supra quoque notavimus, etiam legitimis quoque <heredibus> potiores scripti habentur, veluti si ideo non <iure> factum sit testamentum, quod familia non venierit aut nuncupationis verba testator locutus non sit; <tum enim, si> agnati petant hereditatem, <exceptione doli mali> ex constitutione <imperatoris Antonini removeri> possunt.

Sin embargo a veces, así como también arriba notamos, los herederos escritos son considerados preteridos también a los herederos legítimos, por ejemplo si no haya sido hecho el testamento con base en el derecho, por este motivo, porque no se haya vendido el patrimonio o bien el testador no haya dicho las palabras de la *nuncupatio*; en efecto, entonces si los agnados pidan la herencia, con base en la constitución del emperador Antonino pueden ser excluidos por una excepción de dolo malo.

150. <Sane> lege Iulia <scriptis non aufertur hereditas, si bonorum> possessores <ex edicto constituti sint. Nam ita demum> ea lege bona caduca fiunt et ad populum deferri iubentur, si defuncto nemo <heres vel bonorum possessor existat¹¹⁰>.

Ciertamente por la ley Julia a los herederos escritos no se les quita la herencia si hayan sido constituidos poseedores de los bienes con base en el edicto; en efecto, en este modo al final se hacen los bienes caducos por esta ley y se ordena que sean conferidos al pueblo, si no exista ningún heredero o bien poseedor de los bienes del difunto.

151. Potest ut iure facta testamenta <contraria voluntate> infirmantur. Apparet <autem> non posse ex eo solo infirmari testamentum, quod postea testator id noluerit valere, usque adeo, ut si linum eius inciderit, nihilo minus iure civili valeat. Quin etiam si deleverit quoque aut combusserit tabulas testamenti non ideo <nihilo> minus desinent valere <quae> ibi fuerunt scripta, licet eorum probatio difficilis sit.

Se puede (hacer) de modo que sean anulados los testamentos hechos con base en el derecho por contraria voluntad. Pero es evidente que no se puede anular el testamento por esto solamente, que después el testador no haya querido que valiese, hasta al punto que, si haya dañado su tela de lino, nada menos valga por el derecho civil.

¹¹⁰ Integrado por Krueger.

Que también si haya cancelado o bien quemado las tablas del testamento, nada menos no cesan por este motivo de valer las cosas que en aquél fueron escritas, aunque la prueba de éstas sea difícil.¹¹¹

151a. Quid ergo est? si quis ab intestato bonorum possessionem petierit et is, qui ex eo testamento heres est, petat <hereditatem, per exceptionem doli mali repellatur; si vero nemo ab intestato bonorum possessionem petierit, populus scripto heredi quasi indigno auferet hereditatem, ne ullo modo ad eum quem testator heredem habere noluit¹¹²> perveniat hereditas; et hoc ita rescripto imperatoris Antonini significatur.

¿Qué es en consecuencia? Si alguien haya pedido la *bonorum possessio ab intestato* y el que con base en este testamento es heredero pide la herencia, es rechazado con base en la excepción de dolo malo; pero si ninguno haya pedido la *bonorum possessio ab intestato*, el pueblo quitará la herencia al heredero escrito como si fuese indigno para que de ningún modo al que el testador no quiso tener como heredero no le llegue la herencia; y esto así es indicado en un rescripto del emperador Antonino.

152. Heredes autem aut necessarii dicuntur aut sui et necessarii, aut extranei.

Pero los herederos son llamados o bien necesarios o bien *sui et necessarii* o bien extraños.¹¹³

153. Necessarius heres est servus cum libertate heres institutus, ideo sic appellatus, quia sive velit sive nolit, omni modo post mortem testatoris protinus liber et heres est.

El heredero necesario es el esclavo instituido heredero con la libertad, así fue llamado por este motivo, porque sea que quiera, sea que no quiera, de todos modos después de la muerte del testador inmediatamente es libre y es heredero.¹¹⁴

154. Unde qui facultates suas suspectas habet, solet servum suum primo aut secundo vel etiam ulteriore gradu liberum et heredem

¹¹¹ Confrontar con Inst. 2.17.7.

¹¹² Integrado por Krueger.

¹¹³ Mismo contenido en Inst. 2.19.pr.

¹¹⁴ Mismo contenido en Inst. 2.19.1.

instituire, ut si creditoribus satis non fiat, potius huius heredis quam ipsius testatoris bona veneant, id est ut ignominia, quae accedit ex venditione bonorum, hunc potius heredem quam ipsum testatorem contingat; quamquam apud Fufidium Sabino placeat eximendum eum esse ignominia, quia non suo vitio sed necessitate iuris bonorum venditionem pateretur: sed alio iure utimur.

Por lo tanto, el que tiene sus facultades “sospechosas”, suele instituir a su esclavo libre y heredero en primero o bien segundo o bien en grado sucesivo, de modo que si no satisfaga a los acreedores se vendan los bienes de este heredero preferiblemente que del mismo testador, esto es, de modo que la infamia, que resulta por la venta de los bienes, llegue preferiblemente a este heredero que al mismo testador; aunque en Fufidio, Sabino decida que éste se deba eximir de la infamia, porque sufrió la venta de los bienes no por su vicio sino por necesidad del derecho; pero utilizamos otro derecho.¹¹⁵

155. *Pro hoc tamen incommodo illud ei commodum praestatur, ut ea, quae post mortem patroni sibi adquisierit, sive ante bonorum venditionem sive postea, ipsi reserventur; et quamvis pro portione bona venierint, iterum ex hereditaria causa bona eius non venient, nisi si quid ei ex hereditaria causa fuerit acquisitum, veluti si (ex eo, quod¹¹⁶) Latinus adquisierit, locupletior factus sit; cum ceterum hominum, quorum bona venierint pro portione, si quid postea adquirant, etiam saepius eorum bona venire soleant.*

Sin embargo, en cambio de tal inconveniente le es otorgada la prerrogativa que las cosas que después de la muerte del patrón haya adquirido para sí mismo, bien sea antes de la venta de los bienes, bien sea después, le sean reservadas; y aunque los bienes se hayan vendido por porción, una segunda vez por causa hereditaria sus bienes no serán vendidos a menos que si le sea adquirido algo por causa hereditaria, como por ejemplo si con base en lo que haya adquirido como latino se hizo más rico; mientras los bienes de todos los otros hombres cuyos bienes se hayan vendido por porción, si después adquieren algo, suelen al cuanto frecuentemente también venderse.¹¹⁷

156. *Sui autem et necessarii heredes sunt veluti filius filiave, nepos neptisve ex filio, et deinceps ceteri qui modo in potestate morientis fuerunt. Sed uti nepos neptisve suus heres sit, non sufficit eum in potestate avi mortis tempore fuisse, sed opus est, ut pater quoque eius vivo patre suo desierit suus heres esse aut morte interceptus aut qualibet ratione liberatus potestate; tum enim nepos neptisve in locum sui patris succedunt.*

Pero los herederos *sui et necessarii* son por ejemplo; el hijo o bien la hija, el nieto o bien la nieta nacida del hijo, y a su vez todos los otros que en aquel tiempo fueron en la potestad del que muere. Pero para que el nieto o bien la nieta sea *heres suus*, no es suficiente que éste estuvo en la potestad del abuelo en el tiempo de la muerte, sino es necesario que también su padre al vivir su ascendiente haya dejado de ser heredero *suus*; o bien porque muerto o bien por cualquier razón liberado de la potestad; entonces ciertamente el nieto y la nieta suceden en lugar de su padre.¹¹⁸

157. *Sed sui quidem heredes ideo appellantur, quia domestici heredes sunt et vivo quoque parente quodam modo domini existimantur; unde etiam si quis intestatus mortuus sit, prima causa est in successione liberorum. Necessarii vero ideo dicuntur, quia omni modo, sive velint sive nolint, tam ab intestato quam ex testamento heredes fiunt.*

Pero ciertamente son llamados *heredes sui* por este motivo; porque son herederos domésticos y también al vivir también el padre, en cierto modo son considerados dueños; por esto, también si alguien haya muerto intestado, están en primera posición en la sucesión de los descendientes. Pero necesarios son llamados por este motivo, porque de todos modos, quisieran o no quisieran, tanto *ab intestato* como por el testamento, se hacen herederos.¹¹⁹

158. *Sed his praetor permittit abstinere se ab hereditate, ut potius parentis bona veneant.*

Pero el pretor permite a éstos abstenerse de la herencia de modo que mejor se vendan los bienes del ascendiente.¹²⁰

¹¹⁸ Mismo contenido en Inst. 2.19.2.

¹¹⁹ Mismo contenido en Inst. 2.19.2. Al respecto ver: Alfonso Castro Sáenz, “Contribución al estudio de la sucesión legítima en el sistema sucesorio romano: fundamentos sociales y jurídicos”, *BIDR*, v. 98 e 99 (1995-1996), pp. 760 a 778.

¹²⁰ Mismo contenido en Inst. 2.19.2.

¹¹⁵ Confrontar con Inst. 2.19.1.

¹¹⁶ Integrado por Savigny.

¹¹⁷ Confrontar con Inst. 2.19.1.

159. *Idem iuris est et ((in)) uxoris persona, quae in manu est, quia filiae loco est, et in nuru, quae in manu filii est, quia neptis loco est.*

El mismo derecho es también en la persona de la esposa que está *in manu*, porque está en el lugar de la hija, y en la nuera que está *in manu* del hijo, que está en el lugar de la nieta.

160. *Quin etiam similiter abstinendi potestatem facit praetor etiam ei, qui in causa mancipii est, si cum libertate heres institutus sit, quamvis necessarius, non etiam suus heres sit, tamquam servus.*

E incluso el pretor similarmente hace la potestad de abstenerse también al que está *in causa mancipii*, si haya instituido heredero con la libertad, aunque sea heredero necesario y no *heres suus*, así como un esclavo.

161. *Ceteri, qui testatoris iuri subiecti non sunt, extranei heredes appellantur. Itaque liberi quoque nostri, qui in potestate nostra non sunt, heredes a nobis instituti sicut extranei videntur. Qua de causa et qui a matre heredes instituuntur, eodem numero sunt, quia feminae liberos in potestate non habent. Servi quoque, qui cum libertate heredes instituti sunt et postea a domino manumissi, eodem numero habentur.*

Todos los otros que no están sujetos al derecho del testador, son llamados herederos extraños; por lo tanto, también nuestros descendientes que no están en nuestra potestad, por nosotros instituidos herederos resultan como extraños. También ellos que son instituidos herederos por la madre son en este número, porque las mujeres no tienen en potestad a los descendientes. También los esclavos que con la libertad son instituidos herederos y después son manumitidos por el dueño están considerados en este número.¹²¹

162. *Extraneis autem heredibus deliberandi potestas data est de adeunda hereditate vel non adeunda.*

Pero a los herederos extraños fue dada la potestad de deliberar de aceptar la herencia o bien de no aceptarla.¹²²

163. *Sed sive is, cui abstinendi potestas est, immiscuerit se bonis hereditariis, sive is, cui de adeunda ((hereditate)) deliberare licet, adierit,*

¹²¹ Mismo contenido en Inst. 2.19.3.

¹²² Mismo contenido en Inst. 2.19.5.

postea relinquendae hereditatis facultatem non habet, nisi si minor sit annorum XXV. Nam huius aetatis hominibus, sicut in ceteris omnibus causis deceptis, ita etiam si temere damnosam hereditatem susceperint, praetor succurrit. Scio quidem divum Hadrianum etiam maiori XXV annorum veniam dedisse, cum post aditam hereditatem grande aes alienum, quod aditae hereditatis tempore latebat, apparuisset.

Pero si quien tiene la potestad de abstenerse se haya entrometido en la gestión de los bienes hereditarios, o bien si a quien es lícito deliberar de aceptar la herencia la haya aceptado, después no tiene la facultad de abandonar la herencia, salvo que sea menor de veinticinco años; en efecto, el pretor socorre a los hombres de esta edad, así como a los engañados en todas las otras situaciones; y así también si hayan aceptado una herencia dañosa temerariamente.¹²³ Ciertamente yo sé que el divino Adriano también dio la venia al mayor de veinticinco años cuando después de aceptar la herencia hubiera aparecido una grande deuda, que en el tiempo de la aceptación de la herencia se escondía.¹²⁴

164. *Extraneis heredibus solet cretio dari, id est finis deliberandi, ut intra certum tempus vel adeant hereditatem vel, si non adeant, temporis fine summoveantur, ideo autem cretio appellata est, quia cernere est quasi decernere et constituere.*

A los herederos extraños suele ser dada la *cretio*; esto es, un límite de deliberar de modo que entre cierto tiempo o bien acepten la herencia o bien, si no acepten sean excluidos del límite del tiempo, pero por este motivo fue llamada *cretio*, porque *cernere* es cómo decidir y establecer.¹²⁵

165. *Cum ergo ita scriptum sit: HERES TITIUS ESTO, adicere debemus: CERNITOQUE IN CENTUM DIEBUS PROXIMIS QUIBUS SCIES POTERISQUE. QUODNI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO.*

¹²³ Mismo contenido en Inst. 2.19.5.

